Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8464
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quia casus est de hoc de sepul. lic. li. vi.
Sed dubitacio est que sit uel quo probe-
tur consuetudo et quanto tempore debeat
esse obseruata et an referat an filius
impubes sit in potestate uel emancipatus et de
multis alijs posset queri et dubitari que
faciunt esse consuetudines de quibus notum
est extra de consue. c. fi. et viij. di. frustra.
Unde fateor conclusionem veram in multis
Sed videamus an argumenta vestra procedant
arguendo tamen diffinitiue nobis seruata
Primum argumentum non videtur procedere
nam si sepultura patrum est apud aliquos
religiosos et sepultura patrum est apud
eosdem religiosos. Ponitis ex eo quod est
ibi sepultura maiorum quam ex aliqua
consuetudine uel potius electione quod autem
sequitur in eodem articulo ita obtentum est
ita dubium est modo sicut primo. Nec hoc
est quod querimus quo dicatur obtentum
nam ad esse consuetudinis multa alia
requiruntur quam sola rei longa obseruantia
Nam doctores in p. §. licet de sepul.
li. vi. videntur intelligere de consuetudine
xl. annorum et quod aliqualis actus dede-
rit causam consuetudini interueniat et hoc
apparet per iura que allegant. Secundum archi.
non videtur procedere quia in omnibus non
est consuetudo de bona et mala con-
suetudine nam dicitur iure quod mala
ipso iure dicitur consuetudo sed est abusio
siue corruptela viij. di. c. mala con-
suetudo ex. de consue. c. ult. de excess.
prela. inter dilectos. Preterea lex et consuetudo
sunt paria et consuetudo simpliciter probata
vim habet legis. hoc probatur ff. de legibus
l. de quibus. i. di. consuetudo et xi. di.
in hijs sed certum est quod qui peccat non
peccat legis auctoritate xxiij. q. iiij. qui
peccat ergo nec auctoritate consuetudinis
cum sint paria ergo in delicto non est
consuetudo. Preterea quod non ratione inductum
est non habet vim et potestatem consuetudinis
ut ff. de legibus l. quod non ratione. Preterea sicut au-
gustinus uti est id quod in usum venit et ad id
quod fruendum est. Unde sicut enim vinea(?)
que sunt ad fi. ordinata nisi referre
Et papa uti est quod in usum venit ad id
quod iure animas optinendum referre hinc
est quod malus usus dicitur abusus xi. q. i.
priuilegium et lxxiiij. di. ubi patet ergo quod
non fuit bonum argumentum vestrum. Preterea
binis actibus nec trinis inducatur con-
suetudo nisi decennium sit ad legitimam
prescriptionem ut patet ex predictis et fi. illius capi-
tuli etiam sufficiat. Item et primus solus actus
continuatus tempore lege diffinito videtur
sufficere ex. de prebendis et c. cum de beneficio. Ter-
tium argumentum non videtur procedere nam c. cum
olim de consue. et c. super eo de censi. cum
similibus concor. sic debet intelligi quod nec domi-

recurritur ad consuetudinem vicinorum
locorum quando in loco ubi quod non est proditum
est ius uel consuetudo qua uel quo ille actus
dubius recipiat decisionem. Sed in casu
proposito habemus ius commune sepultura ecclesie
parochialis et sepulcrum maiorum ut extra
de sepul. nostra et c. ii. c. licet li. vi. ut igitur
consuetudo tollat ius commune requiritur
quod sit localis ut bene colligitur ex c. licet.
Preterea qui potest inducere l. potest inducere con-
suetudinem nam consuetudo est lex scripta
non scripta ex tacito consensu populi. Preterea
in loco inducere l. scriptam formatam sed
certum est quod populus florentinus non potest inducere
l. scriptam senensibus ergo nec tantum con-
suetudinem. Quartum argumentum potest destrui
per decretalem licet sepius alleg.
illius terre. Unde colligitur ibi archi.
quod debet esse generalis consuetudo terre non
particularis ut ad hoc tollatur ius commune quod
est impuberes sepelire in ecclesia parochi-
ali uel maiorum. Ad aliud quod infert quod in
consuetudinibus non sit necesse intelligi pre-
scriptionem nisi ad hoc addatur videtur esse falsum
ut bene colligitur ex. de cler. coniug. c. Na-
in pre. decre. fuit allegata et protestata
consuetudo et quia non probata prescriptio
non profuit. Item prescriptio et continuatio
pro dictis tempore l. diffinito videtur esse de in-
trinseca ratione consuetudinis ut probatur
de consue. c. fi. et c. ii. c. iij. li. vi. Et que
sit loci consue. c. fi. et c. ii. in rub. et l.
ij. ff. de le. de quibus ibi in rubrica et l.
se. et l. cum de consue. cum l. se. hinc est
quod glo. querit que prescriptio requiratur an x.
xx. uel xxx. annorum ergo presupponunt
prescriptionem esse necessariam et de hoc non dubium
ut ibi patet in multis l. non ob. primo diffinio
primo facit pro dum dicat diuturnus. Nam
longum et diu apprehenditur spacium x.
annorum ut no. in p. alle. l. de quibus in v. ve-
tustas. Non ob. secundum et tertium diffinio
nam quod ibi relinquitur indeterminatum quod
sint mores quid sit solitum suppleat per
alle. l. que volunt quod per solitum accipiatur
quod pluribus vicibus solitum est tempore longo et sine
interruptione. Nam omnis articuli nec non
possent vna l. comprehendi ff. de legi. non possunt
Que dicta sunt supra subiaceant emendacioni
vestre. Quid autem sentiam non audeo expri-
mere cum quod pendeat de facto inter vos et ma-
iores nec ab utraque parte sum assumptus

Dominus Fredericus de Senis Lxxxvij

Fratri Raynaldo Fredericus salutem
in domino. Scitis quod in hijs que pertinent
periculum uel scrupulum conscientie pars
securior tenenda est ut dicit clemens
quia in declaratione vestre regule. que incipit
exiui de. cum autem finem restrictum vos
itaque qui in sinceris horum omnes cesset
et ex. de spon. Iuuenis nam in non adimpletio